

Aureus ac quum sol roseum cubile requirat,
Hesperus et dulcis coelo sua lychnea pendet,
Tum requiem fessi petimus nos, atque levamen,—
Fumantes vel kinnikinick, vel nicotianam,—
Ambo, quo constat vitae spientia vera, loquentes
Inter nos, veterum e dictis, dictisque recentum.
Hic pete, nunc, O Lagne Pater, curisque relictis,
Primum hominis vitam cognoscere demum;
Moribus ac tu simplicibus hinc college vires.
Nam sicut Antaeus quondam, cum Hercule luctans,
Interdum terram tetigit, cepitque vigorem,
Vigens te quoque, cum animo tum corpore, abibis,
Ad pugnam at victor fieri, pariterque paratus.

S.B.